defigo in: [illegible] reliquorum [illegible] et defixam [illegible]

deicio de: [illegible] Phil. IX, 3.

demoveo [illegible] sententia [illegible]

IV

[illegible]

2. **Dativ:** acceptus: eam .. rem senatui populoque Romano gratam acceptamque esse; Phil. XIII, 50.
carus: ut tu me carum esse dixisti senatui ... non tam mea causa quam rei publicae; Vatin. 9. utinam C. Caesari ... contigisset adulescenti, ut esset senatui ... carissimus! Phil. V, 49.
gratus: si senatui ... gratum et iucundum meum reditum intellegitis esse; dom. 147. id .. D. Bruti .. meritum in rem publicam senatui populoque Romano gratum esse et fore; Phil. V, 36. quae (causa) esset senatui ... gratissima; ib. 44. summa in rem publicam merita beneficiaque eorum grata esse senatui populoque Romano; ib. VI, 6. eam rem senatui populoque Romano gratam esse et fore; ib. X, 25. regem Deiotarum patrem et regem Deiotarum filium ... senatui populoque Romano gratum esse facturos; ib. XI, 31. s. acceptus.
funestus: o diem illum, iudices, funestum senatui bonisque omnibus! Sest. 27.
iucundus: s. gratus; dom. 147.
turpis: quid est inconstantia, levitate, mobilitate ... senatui turpius? Phil. VII, 9.
3. **Ablativ:** dignus: neminem tam maledicum offendi qui illum negaret dignum Antonii senatu; Phil. XIII, 28.
fretus: hoc .. fretus senatu Pompeianum senatum despicit; Phil. XIII, 28.
refertus: erat non solum domus mea, sed totum Palatium senatu, equitibus Romanis, civitate omni ... refertum; Piso 11.
4. **mit Präpositionen:** communis cum: an ego ... ei cum senatu quicquam commune iudicarem, qui ..? Phil. VIII, 24. quo in bello si fuit error, communis ei fuit cum senatu; ib. XI, 34.
una cum: s. V. cum.
IV. **nach Substantiven:** 1. **Genetiv:** admurmuratio: o divina senatus frequentis in aede Bellonae admurmuratio! Verr. V, 41.
aestimatio: si ... ex senatus aestimatione, non ex annonae ratione solvisses; Verr. III, 195.
animadversio: relatio illa salutaris et diligens fuerat consulis, animadversio quidem et iudicium senatus; Piso 14. comprehensio sontium mea, animadversio senatus fuit; Phil. II, 18.
ardor: non potest ullius auctoritate tantus senatus populique Romani ardor exstingui; Phil. XIII, 15.
auctor: cum auctorem senatus exstinctum laete atque insolenter tulit; Phil. IX, 7.
auctoritas: s. **auctoritas** (B. I. S. 333—342).
auxilium: auxilio mihi opus fuerat et consulis et senatus; Piso 19.
beneficium: „quod in una quaque re beneficio senati || senatus || populique Romani iuris habui"; div. Caec. 19. cum omnia sua commoda, iure, beneficia senatus populique Romani unius scelere ac libidine perdidissent; Verr. II, 9. tuus enim honos illo templo senatus populique Romani beneficio, tui nominis aeterna memoria simul cum templo illo consecratur; ib. IV, 69. cum ... senatus beneficia in regem Deiotarum recordarer; Deiot. 6.
benevolentia: senatus erga se benevolentiam ... saepe esse perspectam ... dicit; Milo 95.
bonitas: vide inter importunitatem tuam senatusque bonitatem quid intersit; Verr. III, 42.
caedes: ego L. Catilinam, caedem senatus ... palam molientem, egredi ex urbe iussi; Piso 5. quibus (armis) a servis atque a servorum ducibus caedem fieri senatus et bonorum rei publicae exitiosum fuisset; Planc. 87.
causa: suscipe causam senatus; Verr. a. pr. 51. *qui causam senatus* ... sic sua diligentia multitudini commendavit ..; sen. 20. qui (P. Sestius) cum ... causam senatus ... suscepisset; Sest. 83.
clamor: clamor senatus, querellae, preces, socer ad pedes abiectus; Sest. 74.
comes: everso senatus ... comite, duce; har. resp. 58.
concordia: senatus concordiae consulam; prov. cons. 47.
consensus: ille quidem fructum omnis ante actae vitae ... maximum cepit .. summo consensu senatus; Marcell. 3.
consilium: ut (maiores nostri) consilium senatus rei publicae praeponerent sempiternum; Sest. 137. qui senatus consilium ... neglexerunt; ib. 140. ut nihil sine consilio senatus ... egerim; Piso 7. a te doceo consilium non servatum senatus; Planc. 44.
conspectus: qui cum ... stent cum gladiis in conspectu senatus; Phil. II, 8.
consultum: s. **consultum** (B. I, S. 679—681).
convicium: os tuum ferreum senatus convicio verberari noluisti; Piso 63.
crimen: magnum crimen senatus; Phil. XIII, 33.
culpa: ut nullam calamitatem res publica accipere possit sine culpa senatus; Phil. VII, 20.
decreta: senatus gravissima decreta perfregerat; Milo 87. honestiora decreta esse legionum quam senatus; Phil. V, 4.
dux: s. comes.
error: is .. libere reprehendere ... solebat .. errorem senatus; Sest. 122.
facies: C. Popilius ... senatus .. faciem secum attulerat; Phil. VIII, 23.
factum: ille cum suum, non cum senatus factum defenderet; Planc. 89.
fides: videturne ipsa res publica ... implorasse .. senatus fidem? dom. 12. quibus (victoribus) senatus fides praestabitur; Phil. XIV, 30. monimento declarari ... senatus fidem; ib. 35.
frequentia: quae tum frequentia senatus ... fuerit; Sest. 72.
gratia: ego adulescentis ... meis inimicitiis, nulla senatus mala gratia, comitiorum ratione privavi; Piso 4.
gravitas: hac gravitate senatus ... potes in perpetuum rem publicam ... periculo liberare; Phil. VII, 27.
gubernatio: tempus illud erat ... in .. gubernatione positum senatus; dom. 130.
honos: ad gloriam devocant (Caesarem), ... ad summum honorem senatus; prov. cons. 29. quanti honores populi Romani (fuerint), quanti senatus, quanti tui, quis ignorat? Deiot. 12.
hostis: qui propter illum hostem senatus ... bona ... miseri perdiderunt; prov. cons. 11.
ignominia: praesertim cum ... (Albucius) hac una plaga conciderit, ignominia senatus; prov. cons. 16.
incendium: ego ... ex illo incendio legum, iuris, senatus ... cedens ... Siciliam petivi; Planc. 95.
iniussus: qui iniussu populi ac senatus proficiscerentur; Verr. II, 14. tu ... iniussu populi ac senatus ... totam legem Hieronicam sustulisti; ib. III, 19. si iniussu senatus quisquam attigisset; ib. IV, 85. praesidium tu rei publicae, custodiam provinciae iniussu populi [Romani] senatusque dimisisses, si ..? Piso 48. hic ... ausus esset ... in regnum iniussu ... senatus accedere? ib. 50.
interpretes: ut non nuntios pacis ac belli, non oratores || curatores ||, non interpretes ... senatus more maiorum deligere posset; Vatin. 35.

invidia: qui ... hanc invidiam senatus inflammare conentur; Verr. a. pr. 2.

iudicium: vos, qui amplissimo populi senatusque iudicio exercitus habuistis et bella gessistis; leg. agr. I, 12. ceteri agri omnes ... sine iudicio senatus x viris addicentur; ib. II, 57. quamquam ... iudicio senatus non modo praetoris ius, verum etiam civis amiserat; Catil. III, 15. ut eam partem legis tuae, quae congruebat cum iudicio senatus ut ipse rex esset, non repudiavit; har. resp. 29. sed alter est rex iudicio senatus per nos, pecunia Brogitarus per te appellatus; ib. „at enim liberum senatus iudicium propter metum non fuit"; dom. 10. ut nihil de capite civis aut de bonis sine iudicio senatus ... detrahi possit; ib. 33. cuius (senatus) est gravissimum iudicium de iure legum; ib. 71. quem post nefarium scelus consulum superiorum tot vides iudiciis senatus ... honestatum; ib. 82. quod (Gaditana civitas) iudicio senatus ... consecuta est; Balb. 35. dabo sanctissimum et sapientissimum iudicium etiam senatus; ib. 52. cognoscite nunc iudicium senatus; ib. 55. quas (laudis Caesaris) ... senatus ... plurimis atque amplissimis iudiciis videam esse celebratas; Planc. 93. senatus .. iudicia de illo tam multa tamque honorifica ... quae tanta delebit oblivio? Deiot. 37. iudicio senatus soluto et libero; Phil. V, 41. is est .. ille, qui semper senatus iudicium ... contempserit; ib. VI, 5. quod iudicium senatus! ib. 6. quod fuerit de hoc bello iudicium senatus; ib. IX, 7. ſ. animadversio; Piso 14.

iussus: se iussu senatus a nobis petere, ut veniremus; Verr. IV, 137. fidem publicam iussu senatus dedi; Catil. III, 8.

laetitia: pone ante oculos laetitiam senatus! Phil. II, 115.

laudatio: prosit (L. Flacco) .. senatus populique Romani praeclara et vera laudatio; Flacc. 101.

laus: haec et hominum ornatissimorum, qui praetores fuerunt, et universi senatus communis est laus, ut constet ..; Sulla 82. C. Caesar ... maximis senatus laudibus ornatus est; Phil. IV, 2.

leges: eae || hae || (leges) debent et populi Romani et senatus existimari; Verr. II, 121.

luctus: tu luctum senatus ... in maledicti loco pones? Piso 32.

mandata: etiamne ab hoc myrmillone Asiatico senatus mandata ... audientur? Phil. VI, 10. qui senatus mandata contemneret; ib. VIII, 24.

memoria: ego recentem putarem memoriam cuncti senatus commentario meo posse superari? Sulla 45.

mens: gravis etiam illa est . . facultas, ... posse consilio atque oratione et senatus et populi et eorum, qui res iudicant, mentis permovere; Muren. 24.

misericordia: qui agrum Recentoricum possident, ... se ... misericordia senatus, non agri condicione defendunt; leg. agr. II, 57.

monimentum: ut hoc magis monimentum grati senatus quam clari viri futurum sit; Phil. IX, 11.

neglegentia: fuit quondam ita firma haec civitas et valens, ut neglegentiam senatus ... ferre posset; har. rerp. 60.

nervi: experietur consentientis senatus nervos atque viris; Phil. V, 32.

nomen: quae (legio) ... docuit hoc proelio militibus ... senatus populique Romani carum nomen esse; Phil. XIV, 27.

nota: quae est igitur poena? quod supplicium? ... suscepta fraus, ... nota inusta || iusta || senatus; Piso 43.

numen: magna vis est, magnum numen ... senatus; Phil. III, 32.

oculi: hic .. in oculis senatus populique Romani nihil posse exsistere quod ..; leg. agr. II, 90.

odium: si es odium publicum .. senatus; Vatin. 39.

oratio: ſ. consilium; Muren. 24.

patronus: domi suae nobilissimus vir, senatus propugnator atque ... paene patronus, ... M. Drusus occisus est; Milo 16.

potestas: pollicetur .. se provinciam Galliam retenturum in senatus populique Romani potestate; Phil. III, 8. quod .. provinciam Galliam citeriorem ... exercitumque in senatus potestate retineat; ib. 38. ut eae provinciae atque exercitus in senati populique potestate ... sint; ib. cum D. Brutus ... provinciam Galliam in senatus populique Romani potestate teneat; ib. V, 36. sit in senatus populique Romani potestate; ib. VI, 4. numquam illum futurum in senatus || senati || potestate; ib. 9. non in vestra potestate, non in senatus esse Antonium; ib. 16. fuerit .. in senatus ... potestate; ib. VII, 26. cum Q. Caepionis Bruti ... opera ... provincia Macedonia et Illyricum et cuncta Graecia ... in .. senatus ... potestate sint; ib. X, 25. „ne si in senatus quidem potestate futurum se dixerit, (audiemus Antonium)?" ib. XII, 4.

praesidium: ut ... me praesidio spoliarent senatus; dom. 55. qui de praesidio consulum senatusque referatis; Phil. III, 25.

preces: flagitabatur ab eis cotidie ... precibus senatus, ut meam causam susciperent; Sest. 25.

princeps: is qui princeps senatus fuit; div. Caec. 69. P. Lentulus, *is* qui princeps senatus *fuit;* leg. agr. II, 82. cum armatus M. Aemilius, princeps senatus, in comitio constitisset; Rabir. 21. cui (civi) princeps senatus, tum autem ordines omnes ... testimonium huius urbis atque imperii conservati dedissent; dom. 132. senatus principe Cn. Pompeio sententiam dicente; har. resp. 45. quod a se ... ad principem et senatus et civitatis, M. Scaurum, rem frumentariam translatam sciebat; Sest. 39. num igitur eum ... temerarium civem aut crudelem putares? aut || an || ... P. Lentulum, principem senatus? Phil. VIII, 14.

propugnator: at quod erat tempus? clarissimus et fortissimus consul, ... propugnator senatus; Milo 39. ſ. patronus.

querellae: qui ... totum illum annum querellas senatus ... pertulerunt; Quir. 11.

sententia: M. Flaccus, quia cum C. Graccho contra salutem rei publicae fecerat, ex senatus sententia est interfectus; dom. 102. qui ... consularibus litteris de senatus sententia exteris nationibus commendabar; Sest. 50. quam (legem) L. Gellius Cn. Cornelius ex senatus sententia tulerunt; Balb. 19. proxime dico ... de senatus sententia C. Valerium Flaccum ... ad populum de Calliphana Veliense ... tulisse; ib. 55. cum (Cn. Pompeius) ... senatus sententiam praestaret; Piso 80. ut dicere ... auderet se publicis operis disturbaturum publice ex senatus sententia aedificatam domum; Phil. I, 12. qui cunctis senatus sententiis hostis est iudicatus; ib. XI, 9.

severitas: Ti. Graccho ... senatus severitas dolori et timori fuit; har. resp. 43. suffragia largitione devincta severitatem senatus ... excitarent; Planc. 45. cogitant (isti homines) ... quid senatus severitas postulet? Phil. V, 25.

studium: si ego in causa tam bona, tanto studio senatus, ... cessi tribuni plebis ... furori; Sest. 36.

subsellia: cum inter subsellia senatus versarentur latrones; Phil. V, 18.

testimonium: erant ea testimonia non concitatae contionis, sed iurati senatus; Flacc. 17. eius devotionis me esse convictum ... testimonio senatus ... maxime laetor; Quir. 1.

verba: C. Popilius ... cum ad Antiochum regem legatus missus esset et verbis senatus nuntiasset ut ab Alexandrea discederet; Phil. VIII, 23.

vestibulum: insidiator erat in foro conlocatus atque in vestibulo ipso senatus; Milo 19.

vis: ſ. nervi; Phil. V, 32. numen.

voluntas: erat enim summa voluntas senatus; Verr. II, 95. voluntate .. perspecta senatus causa ad vos ... deferebatur; Quir. 12. senatus incredibilis voluntas; Sest. 87. cum ... Sextus .. Pompeius ... a M. Lepido ... summa senatus ... voluntate civitati restitutus sit; Phil. V, 41.

2. **mit Präpositionen:** aditus in: huic aditus in senatum fuit; Phil. VIII, 28.

bellum cum: gerit idem bellum cum senatu populoque Romano; Phil. XIV, 8.

concordia cum: Antonii nefarium latrocinium vestra cum senatu concordia ... brevi tempore oppressum audietis; Phil. IV, 15.

impetus in: cum tu ... in senatum ... repentinos impetus comparares; dom. 13.

litterae ad: leguntur eadem ratione ad senatum Allobrogum populumque litterae; Catil. III, 11. ad horum .. iudicia ... domesticum iudicium accessit: ... occultus adventus, ... nullae ad senatum e provincia litterae ..; Piso 97.

locus in: antiquiorem in senatu sententiae dicendae locum; Verr. V, 36.

pax cum: quae potest pax esse M. Antonio .. cum senatu? Phil. VII, 21.

respectus ad: cum respectum ad senatum ... non haberet; Phil. V, 49.

V. **Umstand:** a: si erat Heraclio ab senatu mandatum ut emeret; Verr. III, 88. ubi tot tantaque ornamenta magistratibus et legatis a senatu ... permissa et data? ib. V, 83. qui (homines) ... ab senatu agris urbibusque multati sunt; Font. 12. tu ... tota res ... a senatu ... manifesto deprehenderetur; Catil. III, 4. ut (consilia) a senatu populoque Romano perspici possent; ib. 20. quae tibi tum gratiae sunt a me actae! quae a senatu! Flacc. 102. C. quidem Marius ... a senatu non est restitutus; sen. 38. Marius .. non modo non a senatu, sed etiam oppresso senatu est restitutus; Quir. 10. me in perorando posuit rogari a senatu, rogari ab equitibus Romanis, rogari ab Italia cuncta; ib. 16. quem (civem) a senatu ... desideratum, arcessitum, revocatum conservandae rei publicae causa confiteris; dom. 5. ab universo senatu reclamatum est; ib. 10. satisne tibi videtur a senatu iudicatum me ... diligentissime senatui paruisse? ib. 50. Deiotarum, saepe a senatu regali nomine dignum existimatum; har. resp. 29. [quod acta illa ... anni superioris ... infirmari a senatu ... putabant]; Sest. 40. quis .. umquam me a senatu ... non restituto ... ullam rei publicae partem ... auderet attingere? ib. 49. si (Ptolemaeus) nondum erat ipse a senatu socius appellatus; ib. 57. non restitui me solum, sed etiam ornari a senatu decere; ib. 73. id a me et a senatu esse constitutum, quod ..; ib. 123. qui a senatu de me rogabantur; ib. 130. civitas libera et pro eximiis suis beneficiis a senatu et a populo Romano liberata sic spoliata ... est, ut ..; prov. cons. 7. a quo (senatu Caesar) ornatus est; ib. 29. C. Iulius omnibus a senatu eximiis aut novis rebus ornatus; ib. 39. ut ab senatu ... civitate donentur; Balb. 25. num ... foedus .. a senatu ... violatum (esse) arbitramur? ib. 55. ex qua provincia modo ... L. Torquatus ... me referente ab senatu imperator est appellatus; Piso 44. quid est quod ... coronam illam lauream tibi tanto opere decerni volueris a senatu? ib. 58. quod nemini erat dubium quin is in regnum restitueretur a senatu populoque Romano; Rab. Post. 4. cuius reditum consuli mandatum a senatu videbat; ib. 6. de eius morte ... nulla quaestio decreta a senatu est; Milo 16. si ... neque de causa nostra quicquam aliter ac nos vellemus a senatu iudicatum est ..; ib. 23. neque vero sine ratione certa causa Milonis semper a senatu probata est; ib. 62. quid cupide a senatu, quid temere fiebat? Phil. II, 52. quod ... circumscriptus a senatu esset Antonius; ib. 53. Armeniam abstulerat a senatu datam; ib. 94. acta .. Caesaris ... confirmata sunt a senatu; ib. 100. sin ille a senatu notandus non fuit; ib. III, 21. est hostis a senatu nondum verbo appellatus, sed re iam iudicatus Antonius; ib. IV, 1. deinceps laudatur provincia Gallia meritoque ornatur verbis amplissimis ab senatu, quod ..; ib. 9. nec vero cuiquam possumus commemorare hunc honorem a senatu tributum; ib. V, 41. qui .. se ab senatu ... senserit civem carum haberi; ib. 49. si omnia gravissimi belli insignia suscepta a senatu viderent; ib. VI, 2. quid? quod a senatu dantur mandata legatis, ut ..? ib. 6. cum esset missus a senatu ad animos regum perspiciendos; ib. IX, 4. quo senatus consulto huius generis ... bene scriptas litteras decretum a senatu (vidisti)? ib. X, 6. tamquam extruderetur a senatu in Macedoniam; ib. 10. Sertorianum bellum a senatu privato datum est; ib. XI, 18. qui instructam ornatamque a senatu provinciam deposui; ib. 23. quod .. ipse nemini putavi dandum, ne a senatu quidem; ib. 25. cum P. Dolabella, quique eius ... facinoris ... adiutores fuerunt, hostes populi Romani a senatu iudicati sint; ib. 29. quid est ... quod gemas hostem Dolabellam iudicatum a senatu? ib. XIII, 23. nulla supplicatio decreta a senatu; ib. XIV, 23.

ad: deprehensus .. cum ferro ad senatum is, quem ad Cn. Pompeium interimendum conlocatum fuisse constabat; Piso 28.

apud: utrum, quam (auctoritatem) apud senatum, an quam apud populum Romanum habere debetis? Verr. IV, 24. an reditus (Caesaris) in patriam habet aliquam offensionem? utrum apud populum ... an apud senatum? prov. cons. 29. cui non apud senatum ... maximorum scelerum venia ulla [ad ignoscendum] dari possit; Piso 98.

cum: qui tum una cum senatu salutem rei publicae defenderunt; Rabir. 27. qua (proscriptione) civis optime de re publica meritus ... una cum senatu rei publicae esset ereptus; sen. 8. qui cum senatu, cum bonis omnibus rem publicam adflictam excitarint; Sest. 1. ut ex urbe expulerit ... civem ... illo ipso tempore una cum senatu ... casum amici reique publicae lugentem; ib. 29. quem (regem) ornare antea cuncto cum senatu solebam; Deiot. 2.

in: quaestores sese in senatu exspectare dixit; Verr. I, 99. cuius propter indignitatem iudicii saepissime est actum in senatu ..; ib. 156. reddebant eorum negotiorum rationem in senatu; ib. II, 47. qui in senatu sine ulla cupiditate de bello et pace sententiam ferat; ib. 76. qualis istius in senatu sententia futura sit; ib. haec cum iste || postea || posceret agereturque ea res in senatu; ib. 88. itaque in senatu continuo Cn. Lentulus et L. Gellius consules faciunt mentionem; ib. 95. in senatu post ea || postea || causa non agitur; ib. 97. nuntiabatur isti || illi || ... agitatam rem esse in senatu; ib. 100. cum haec acta res est

|| cum res esset acta || in senatu; ib. 102. quae (causa) sibi in senatu pro his agenda esset; ib. 103. cum hoc mihi primum Halaesae demonstravit in senatu Halaesinorum; ib. III, 170. is cum in senatu Entellino multa mecum de istius iniuriis ageret; ib. 200. res agitur in senatu; ib. IV, 76. quod ego in senatu Graeco verba fecissem; ib. 147. multa ... in senatu contra ... A. Gabinium ... dixisti; imp. Pomp. 52. negem esse illam rem ... commemoratam in senatu? Cluent. 4. QUIVE IN SENATU SENTENTIAM DIXIT; ib. 148. QUI MAGISTRATUM HABUERIT INVE SENATU SENTENTIAM DIXERIT; ib. ego .. non solum hoc in loco dicam, ubi est dictu [id] facillimum, sed in ipso senatu; leg. agr. II, 6. in quo (senatu) esse locus huic voci non videbatur; ib. dixi in senatu ... me popularem consulem futurum; ib. 9. haec L. Philippum saepe in senatu confirmasse memoria teneo; ib. 42. audivit hanc rem ... agitari saepe in senatu; ib. 58. quod ab hoc tribuno plebis dictum est in senatu; ib. 70. est .. bonorum ... civium ... summum in senatu consilium putare; Rabir. 3. eorum .. castrorum imperatorem ... in senatu videmus intestinam aliquam cotidie perniciem rei publicae molientem; Catil. I, 5. meministine me ... dicere in senatu fore in armis certo die ... C. Manlium? ib. 7. dixi ego idem in senatu caedem te optimatium contulisse in ante diem V Kalendas Novembris; ib. patefeci (consilia) in senatu hesterno die; ib. II, 6. quae quoniam in senatu inlustrata, patefacta, comperta sunt per me; ib. III, 3. ut de his rebus in senatu agere possemus; Muren. 51. „dixi in senatu me nomen consularis candidati delaturum“; ib. 62. quod atrociter in senatu dixisti, ... mitiorem in partem interpretarere; ib. 64. recordor quantum hae conquestiones in senatu habitae punctorum nobis .. detraxerint; ib. 72. nisi forte regium tibi videtur ... in senatu sentire libere; Sulla 25. numquam de P. Popilio ... in senatu mentio facta est; Quir. 9. postea res acta est in senatu alia nulla; ib. 12. quae ego ... in senatu de re publica sensi; dom. 3. quod se in senatu tuto non esse arbitrabantur; ib. 8. cum viri boni non nulli putarint tuto se in senatu esse non posse; ib. quae (sententia) erat superioribus diebus agitata in senatu; ib. 9. qui sunt homines a Q. Metello ... in senatu palam nominati? ib. 13. quis ... de illius dignitate ... in senatu saepius dixit? ib. 27. hic in senatu princeps sententiae fuit; ib. 30. me L. Cotta ... in senatu iuratus dixit se, si censor tum esset, cum ego aberam, meo loco senatorem recitaturum fuisse; ib. 84. quem ad modum multi in senatu ... dixerunt; Sest. 50. cum in senatu privati ut (consules) de me sententias dicerent flagitabant; ib. 69. quem Q. Catulus, quem multi alii saepe in senatu patrem patriae nominarant; ib. 121. qui (L. Vettius) in senatu confessus esset se cum telo fuisse; Vatin. 24. ut semper ... in senatu populum defenderim; Piso 7. quem in senatu sententiam rogabas tertium; ib. 11. cum ista in senatu res agebatur; Planc. 37. quae (oratio) est a me prima habita in senatu; ib. 74. si iam vobis nuntiaretur in senatu sententias dici ut his legibus teneremini; Rab. Post. 18. quae .. in senatu ab inimicis saepe iactata sunt; Milo 7. quotiens .. est illa causa a nobis acta in senatu! ib. 12. (Clodius) significavit hoc saepe in senatu; ib. 26. ex .. eo .. cognovi quae ... in senatu fuisset L. Pisonis oratio; Phil. I, 10. an in senatu facillime de me detrahi posse credidit? ib. II, 2. de quo Caesar in senatu ... questus est: ib. 74. multis ante mensibus in senatu dixit se ..; ib. 81. ad auspicia redeamus, de quibus [rebus] Idibus Martiis fuit in senatu Caesar acturus; ib. 88. qui in senatu ... tam impie dixeris; ib. 99. quem in edictis Spartacum appellat, hunc in senatu ne improbum quidem dicere audet; ib. III, 21. cur tam mansuetus in senatu fuerit; ib. 23. quae sint acta in senatu; ib. VI, 1. quod paulo ante feci in senatu, faciam apud vos; ib. 5. cum audierit Antonius me hoc .. in senatu ... confirmasse; ib. 9. quod si comitia placet in senatu haberi; ib. XI, 19. quae de illo viro Sulla, quae Murena, ... quae Lucullus ... quam graviter saepe in senatu praedicaverunt? ib. 33. ego semper illum appellavi hostem ..; semper hoc bellum ...; nec haec in senatu solum; ib. XII, 17.

per: ei || hi ipsi || postea quam temporibus rei publicae exclusi per senatum agere quae voluerant non potuerunt; Verr. IV, 61. sancit ne quis eorum poenam ... aut per senatum aut per populum levare possit; Catil. IV. 8. tu provincias consularis, quas C. Gracchus ... non modo non abstulit a senatu, sed etiam, ut necesse esset quotannis constitui per senatum [decreta], lege sanxit, eas lege Sempronia per senatum decretas rescidisti; dom. 24. omnia, quae C. Caesar egisset, ... per senatum rescindi oportere; ib. 40. mutata omnia: nihil per senatum; Phil. I, 6. quattuor omnino genera sunt, .. in quibus per senatum ... statuatur aliquid de legibus; Fr. B, VI, 11, a.

sine: sine quo (senatu) civitas stare non posset; Sest. 42.

senectus, Greisenalter: I. desiderat illorum severissima senectus desiderat meam laudem; Qu. Rosc. 44.

potest, revocat: non te eius lacrimae, non senectus ... aliquam ad partem humanitatis revocare potuit? Verr. V, 108.

valet: fatebitur apud istum neque senectutem patris neque adulescentiam filii ... plus valuisse quam utilitatem salutemque provinciae; Verr. V, 22.

II, 1. constituo: constituitote ante oculos etiam huius miseri senectutem! Cael. 79.

contemno, despero: ne .. senectutem iam prope desperatam contempsisse ... videamini; Cael. 80.

oblecto: haec studia ... senectutem oblectant; Arch. 16.

respicio: „respicite C. Fabricii senectutem;“ Cluent. 58.

tego: cuius senectutem tueri et tegere debebat; Deiot. 2.

tempto: idcirco ... unius hominis senectus, infirmitas solitudoque temptata est; Rabir. 2.

tueor: f. tego.

2. sum: cum (Marius) esset summa senectute; Quir. 19. constat .. illam cum deformitate summa fuisse tum etiam senectute; Scaur. c. 4, § 6. cum esset summa senectute; Phil. VIII, 31.

III. familiaris: ut domus, quae huius adulescentiae prima fuit, eadem esset familiarissima senectuti; Arch. 5.

IV, 1. dedecus: M'. Aquilius ... memoriam *iuventu*tis suae ... senectutis dedecore foedavit; Scaur. c. 3, § 2.

excusatio: nemo sibi nec valetudinis excusationem nec senectutis satis iustam ullam putavit; Sest. 112.

quies, tranquillitas: omnem tranquillitatem et quietem senectutis acceptam refert clementiae tuae; Deiot. 38.

2. alqs: quorum uterque nostra memoria, summa senectute, alter Oresten, alter Pisonem adoptavit; dom. 35. memineram ... C. Marium, summa senectute, ... senile corpus paludibus occultasse demersum; Sest. 50.

V, 1. confici: cum .. Q. Scaevola, confectus

senectute, perditus || praepeditus || morbo, ... infirmitatem corporis ostenderet; Rabir. 21. quem (Pleuratum) necasti verberibus summa senectute confectum; Piso 84.

2. ad: quae existimatio P. Quinctium usque ad senectutem produxit; Quinct. 99. qui (M. Cato) ... usque ad summam senectutem summa cum gloria vixit; Verr. V, 180. si quo quisque loco nostrum est .. natus ..., hunc vitae statum usque ad senectutem obtinere deberet; Balb. 18.

per: ut te ... obsecret obtesteturque P. Quinctius per senectutem ac solitudinem suam nihil aliud nisi ut vestrae naturae bonitatique obsequamini; Quinct. 91.

propter: quibus (M. Caelius) .. propter senectutem ... non aeque est cognitus; Cael. 3.

senex, alt, bejahrt, Greis: A. alqs: non necesse est omnis commemorare Curtios, ... postremo Priamum ipsum [senem]; Sex. Rosc. 90. postea [senex Verres] defensores atque hospites omnis Sthenii convenit; Verr. II, 96. si qui senes ac deformes erant; ib. V, 64. per ... libertum seni illi Flacco probatissimum; Flacc. 89. nemo istuc Marco illi Catoni seni ... obiecit umquam; Sulla 23. ex hoc esse numero ... M. Catonem illum senem; Arch. 16. qui (Roscius) cum esset senex mortuus, tamen ... videbatur omnino mori non debuisse; ib. 17. ad quam causam etiam Appium illum et caecum et senem delatum esse memoriae proditum est; Phil. I, 11. defendi rem publicam adulescens, non deseram senex; ib. II, 118. senex .. debilis (Q. Scaevola) primus veniebat in curiam; ib. VIII, 31.

magister: „non multa peccas", inquit ille fortissimo viro senior magister, „sed peccas"; Muren. 60.

pater: pater tuus quidem, quo utebar sene auctore adulescens, ... primas omnium civium P. Nasicae ... dare solebat; Phil. VIII, 13.

servi: servi sordidati ministrant, non nulli etiam senes; Piso 67.

B, I. accedit, al.: ut, si gladium parvo puero aut si imbecillo seni ... dederis, ipse impetu suo nemini noceat, sin ad nudum ... corpus accesserit, possit acie ipsa et ferri viribus volnerare; Sest. 24.

facit: ecquid tandem tibi videtur ... senex ille Caecilianus minoris facere Eutychum? Sex. Rosc. 46.

haeret: Deiotarum cum plures in equum sustulissent, quod haerere senex in eo posset, admirari solebamus; Deiot. 28.

loquitur: nisi mecum ipse senex ... summa cum auctoritate esset locutus; Verr. III, 62.

II, 1. removeo: removebo illum senem durum ac paene agrestem; Cael. 36.

reperio: horum ingenio senes ad coëmptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt; Muren. 27.

2. do: s. I. accedit.

respondeo: huic tristi ac derecto seni responderet Caelius ..; Cael. 38.

3. accipio a: ut accepi a senibus; Muren. 66.

conligo ex: ego illum exercitum ... magno opere contemno, conlectum ex senibus desperatis ..; Catil. II, 5.

vivo cum: cum senibus graviter, cum iuventute comiter ... vivere; Cael. 13.

III. immaturus: si ... negavi posse mortem immaturam esse consulari, quanto verius nunc negabo seni? Phil. II, 119.

IV. centuriae: qui te totiens seniorum iuniorumque centuriis illo honore adfici pronuntiavit; Verr. V, 38.

manus: cuius (M. Laenii Flacci) ego et parentis eius, pudentissimi atque optimi senis, ... manibus in navi ... conlocatus ... Dyrrachium ... petere contendi; Planc. 97.

seni, je sechs: A. anni: pueri annorum senum septenumque denum senatorium nomen nundinati sunt; Verr. II, 122.

asses: ut remissis senis et trientibus quinta prope pars vectigalium tolleretur; Sest. 55.

denarii: Elosiodoluscantum senos denarios ab eis, qui ad hostem portarent, exegissent; Font. 19.

senilis, greisenhaft: corpus: memineram... C. Marium ... senile corpus paludibus occultasse demersum; Sest. 50.

iudicium: te sororis filius Postumius, adulescens gravis, senili iudicio, notavit, cum ..; Sest. 111.

statua: erat etiam Stesichori poëtae statua senilis; Verr. II, 87.

senium, Altersschwäche, Leid: I. est: non sunt illi eiulatus et gemitus Philoctetae tam miseri, ... quam illa exsultatio Athamantis et quam senium matricidarum; har. resp. 39.

II. confici: tota civitas confecta senio est; Milo 20.

sensim, allmählich: accedo: verebar ne illa ... oratio ad animos vestros sensim ac leniter accederet; Cael. 25.

adrepo: quibus rebus non sensim atque moderate ad istius amicitiam adrepserat; Verr. III, 158.

dico: ille sensim dicebat quod causae prodesset; tu cursim dicis aliena; Phil. II, 42.

orior: oritur (seditio) sensim ex clamore primum, deinde aliqua discessione contionis; Sest. 77.

sensus, Empfindung, Eindruck, Gefühl, Sinn, Bewußtsein, Gesinnung, Sinnesart, Denkart: I. **Subject:** congruunt: nostri .. sensus ut in pace semper, sic tum etiam in bello congruebant; Marcell. 16.

est: tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio umquam fuit religionis; Verr. I, 47. si est aliqui sensus in morte praeclarorum virorum; Sest. 131. nihil est .. tam molle, tam tenerum, tam aut fragile aut flexibile quam voluntas erga nos sensusque civium; Milo 42. qui sensus erat armorum tuorum? Ligar. 9. si qui est sensus in morte; Phil. IX, 13. qui est iste tuus sensus? ib. X, 4.

latet: communis ille sensus in aliis fortasse latuit; Planc. 34.

II. **nach Verben:** 1. accipio: quem ipse accepi oculis animoque sensum; Verr. III, 46.

amitto: adsiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus; Sex. Rosc. 154.

amoveo: praecipuum illum et proprium sensum doloris mei ... a sententia dicenda amovebo, ad ulciscendi tempora reservabo; prov. cons. 2.

capio: qui sensum verae gloriae ceperit; Phil. V, 49.

cerno: cuius mentem sensusque et os cernimus; Marcell. 10.

cognosco: omnis habeo cognitos sensus adulescentis; Phil. V, 50.

do: quibus natura sensum dedit; leg. agr. II, 9.

exprimo: si intimos sensus civitatis expressero; Sest. 119.

foveo: „quippe ... tu gubernacula rei publicae petas fovendis hominum sensibus?" Muren. 74.

habeo: tamen mirari solebam istum in his ipsis rebus aliquem sensum habere; Verr. IV, 33. s. cognosco.

imploro: implorarem sensus vestros; Sulla 64.
incito: sic suos sensus voluptarios omnis incitavit, ... ut ..; Piso 69.
percipio: quoniam est id aetatis ut sensum iam percipere possit ex maerore patrio; Flacc. 106.
recondo: quibus (ansis) reconditos eius sensus tenere possemus; Sest. 22.
repudio: an ego poteram ... communem naturae sensum repudiare? dom. 97.
reservo: ille moriens ... extremum sensum ad memoriam rei publicae reservabat; Cael. 59. ſ. amoveo.
restinguo: ut alii dicerent animos hominum sensusque morte restingui, alii ..; Sest. 47.
teneo: ſ. recondo.
volnero: dubitas, quorum mentis sensusque volneras, eorum aspectum praesentiamque vitare? Catil. I, 17.

2. careo: „quid iam ista C. Mario .. nocere possunt [quoniam sensu et vita caret]“? Rabir. 29. quorum alterum fugiendum non esse, carere sensu, alterum etiam optandum, meliore esse sensu; Sest. 47.
sum: ſ. careo; Sest. 47.

3. abicio ad: quem vos, ... abiectum non tam ad pedes quam mores sensusque vestros, ... sustentate; Cael. 79.
absum a: haec (memoria) .. sive a meo sensu post mortem afutura est sive ..; Arch. 30.
adfigo in: quae (causa) ... in animo sensuque meo penitus adfixa atque insita est; Verr. V, 139.
duco ex: quae (disputatio) ducatur ex ... omnium sensibus; Fr. C, 27.
flecto ad: qui (Gaditani) ... ab omni studio sensuque Poenorum mentis suas ad nostrum imperium nomenque flexerunt; Balb. 39.
infigo in: quod in communibus hominum sensibus ... positum atque infixum est; Cluent. 17.
insero in: ſ. adfigo in. — pono in: ſ. infigo in.

III. **nach Adjectiven:** expers, ignarus: nec tam sum ... vestri sensus ignarus atque expers, ut ..; Milo 72.

IV. **nach Substantiven:** pars: si ullam partem habes sensus; Phil. II, 86.
stupor: ut quidam morbo aliquo et sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt; Phil. II, 115.
testis: cuius mei sensus certissimus testis est ... Cn. Plancius; sen. 35.

V. **Umstand:** 1. adficere: an vos quoque hic .. innocentium cruciatus ... pari sensu doloris adficit? Verr. V, 123.
commoveri: qui simili sensu atque indulgentia filiarum commovemini; Verr. I, 112.
devorare: verbum ipsum (voluptatis) omnibus animi et corporis *sensibus* devorabat; Sest. 23.
gustare: quod si ipsi haec neque attingere neque sensu nostro gustare possemus, tamen ..; Arch. 17.
includi: omne odium, inclusum nefariis sensibus impiorum, in me profudistis; Piso 16.
ire: „si me rectis sensibus euntem di immortales ... adiuverint“; Phil. XIII, 45.
rapere: ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu coniecturaque raperemur; har. resp. 54.
superare: nec .. hoc ipso huius gentis ac terrae domestico nativoque sensu Italos ipsos ac Latinos ... superavimus; har. resp. 19.
valere: valeret (pater) ... communi sensu omnium et dulcissima commendatione naturae; Planc. 31.

2. ad: vidi ... forum comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemque acerbo et lugubri; Verr. I, 58.
cum: „ne cum sensu doloris aliquo spiritus auferatur“; Verr. V, 118.
de: ego .. de meo sensu iudico; Catil. IV, 11.
ex: ea pro me ipso ex animi mei sensu ac dolore pronuntio; Sex. Rosc. 129.
praeter: quid ei tandem eripuit mors praeter sensum doloris? Cluent. 171.
pro: cum in eam rationem pro suo quisque sensu ac dolore loqueretur; Verr. I, 69.
sine: plerique ut sine mente ac sine ullo sensu iacerent; Verr. V, 28. cum ... hic .. nihil possit offensionis accipere sine acerbissimo animi sensu ac molestia; Cluent. 10. quod sine sensu nascimur; Catil. III, 2. sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum, inhumanum negotium ... diceres; sen. 14. quamvis enim ... sine sensu sis; Phil. II, 68.

sententia, Sinn, Gesinnung, Gedanke, Meinung, Stimme, Votum, Urtheil, Spruch: I. **Subject:**
accedit: ut ad cumulum spe maiorum praemiorum ipsius Staieni sententia septima decima accederet; Cluent. 74.
adfert: mihi necessitatem attulit paulo plura dicendi sententia eius, qui ..; Phil. X, 2. quid? si etiam tarditatem adfert ista sententia ad Dolabellam persequendum? ib. XI, 25.
censent: cum ... exsisterent non nullae, sed perpaucae tamen acerbae sententiae, quae censerent, ut ..; Rab. Post. 13.
consentiunt: ut vestrae mentes atque sententiae cum populi Romani voluntatibus suffragiisque consentiant; Muren. 1.
desunt: quattuor tibi sententias solas ad perniciem defuisse; Fr. B. XIII, VII, 2.
est: mea fuit semper haec in hac re voluntas et sententia; div. Caec. 16. inventus est nemo cuius non haec et sententia esset et oratio; Verr. I, 68. qualis istius in senatu sententia futura sit; ib. II, 76. an tu maiores ullas inimicitias putas esse quam contrarias hominum sententias? ib. III, 6. deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio (est); ib. V, 23. quam (sententiam) suam Staienus esse dicebat; Cluent. 55. video adhuc duas esse sententias, unam D. Silani, ... alteram C. Caesaris; Catil. IV, 7. huius sententiae sunt et praecepta huius modi; Muren. 61. quae est .. alia vis, quae sententia Caeciliae legis et Didiae nisi haec, ne ..? dom. 53. sententia verior, gravior, melior, utilior rei publicae nulla esse potuit; ib. 68. mea fuerunt verba fortasse plura, sententiae quidem omnes haruspicum; har. resp. 61. diversae voluntates civium fuerunt distractaeque sententiae; Marcell. 30. quae fuerit cuiusque sententia; Phil. VI, 1. illa vero ... aliena consulum dignitate, aliena temporum gravitate sententia est, ut consules ... Asiam et Syriam sortiantur; ib. XI, 21. mea quidem ad omnia postulata una sententia; ib. XII, 28. quae .. est ista sententia, ut ..? ib. XIV, 2.
existunt: ſ. censent.
facit: rem et sententiam interdicti mecum facere fatebatur; Caecin. 79.
importat: velim existimes ... sententiam tuam aut ... pestem importaturam esse regibus aut incolumem famam; Deiot. 43.
inclinant: nunc quicquid est, quocumque vestrae mentes inclinant atque sententiae; Catil. IV, 6.
offendit: si cuius forte pontificis animum ... mea sententia offendit; dom. 31.
perturbat: me perturbasset eius sententia, qui primus rogatus est, nisi ..; Phil. V, 1.
perveniunt: cum omnes ... horum mensum ..

sententiae meae pervenerint ad eum ... exitum; Phil. XII, 22.

potest: f. est: dom. 68.

valet: iuris rem et sententiam || retineri sent. || et aequitatem plurimum valere oportere; Caecin. 77. quae sententia si valuisset; Phil. II, 38. haec sententia .. sic per triduum valuit, ut ..; ib. VI, 3.

videtur: etiam si paulo minus utilis vobis sententia videretur; prov. cons. 1.

vincit: nisi sententiam sententia alia vicerit melior; Muren. 65.

II. **nach Verben: 1. Accusativ:** adfero: scriptam attulerat consularis quidam sententiam; Phil. III, 20.

agito: quae (sententia) erat superioribus diebus agitata in senatu; dom. 9.

antefero: num etiam ... splendorem tuum, ... sententiam senatoriam nobis aut ... cuiquam ex infimo ... antelaturus? Piso 64.

approbo: Cn. Pompeius approbata laudataque Cottae sententia dixit ..; Sest. 74.

arbitror: duae dictae sunt sententiae, quarum neutram probo: alteram, quia semper ... periculosam arbitror; alteram, quia alienam his temporibus existimo; Phil. XI, 16.

ascribo: ascribat ad iudicium suum non modo meam, sed huius etiam ipsius, qui commisit, sententiam; Rab. Post. 1.

audio: cuius contionis primum universum argumentum sententiamque audite! har. resp. 8.

cognosco: in hac re, cognita sententia interdicti, verba subtiliter exquiri omnia noluerunt; Caecin. 57. si ... re et sententia cognita non id, quod intellegitur, sed id, quod dicitur valebit; ib. 81. hac Antonii sententia cognita dubitaturumne A. Hirtium aut C. Pansam consules putatis quin ..? Phil. XIII, 46.

commuto: quotiens (ego hunc vidi) revocatum eandem rem dicere commutatis verbis atque sententiis! Arch. 18.

comprobo: istam tuam ... sententiam laudo vehementissimeque comprobo; imp. Pomp. 69. hanc meam sententiam ... P. Servilii sententia comprobari necesse est; Phil. IX, 14. eam quam dixi sententiam vobis ... censeo comprobandam; ib. XI, 40.

condemno: is ... tum me expulso .... tum sententia sua condemnata in hac urbe esse posset? Sest. 63.

consequor: qui legum praemiis praetoriam sententiam ... consequuntur; Balb. 57.

corrigo: hac rogatione non iudicum sententia, sed legis vitium corrigebatur; Sulla 63. in eodem excipiendo sententiam meam corrigebant; Phil. VIII, 32.

corrumpo: cuius ministris ... damnatis ipse ... pecuniam iudici dederit ad sententias iudicum corrumpendas; Cluent. 125.

defendo: ornate et copiose L. Crassus ... iudicio centumvirali hanc sententiam defendit; Caecin. 53. non semper easdem sententias ab eisdem, sed quascumque rei publicae status ... postularet, esse defensas; Planc. 94.

defigo: quam (sententiam) populi sermo in animis nostris iam ante defixerat; dom. 9.

deminuo: si ulla ex parte sententia huius interdicti deminuta aut infirmata sit; Caecin. 38.

dico: illam unam (sententiam) nemo ... suam dici vellet; Cluent. 105. f. **dico,** III. sententiam (64 St.) B. II. S. 103. b.

distraho: f. I. est; Marcell. 30.

divido: divisa sententia est postulante nescio quo; Milo 14.

emo: si ... Oppianicum iudici ad emendas sententias dedisse pecuniam iudicatum est; Cluent. 102.

existimo: f. arbitror.

exspecto: exspectabant sententias eorum, quos corruptos esse putabant; Cluent. 75.

extimesco: non numquam consilia ac sententias inimicorum suorum extimescunt; har. resp. 55.

fero: f. **fero,** III. sententiam (11 St.) B. II. S. 338. — **de,** III. sententia, fero (15 St.) B. II. S. 18.

flagito: non auditis meam sententiam flagitari? Phil. VII, 14.

fugio: fugisti sententiam legis; Planc. 42.

habeo: cuius omnis oratio hanc habuit primo sententiam; Verr. IV, 138. habemus .. a Caesare ... sententiam tamquam obsidem perpetuae in rem publicam voluntatis; Catil. IV, 9.

infirmo: f. deminuo.

intellego: cum voluntas et consilium et sententia interdicti intellegatur; Caecin. 58.

laudo: horum ego sententiam ne laudem, impedior Cn. Pompei triumphis; dom. 19. malui viginti diebus post sententiam meam laudari ab omnibus quam a paucis hodie vituperari; Phil. VI, 16. f. approbo. comprobo; imp. Pomp. 69.

moderor: neque esse inconstantis puto sententiam tamquam aliquod navigium ... ex rei publicae tempestate moderari; Balb. 61. cum alios male sentire ... videam, alios ... sententiam .. suam non semper utilitate rei publicae ... moderari; Phil. XIV, 17.

muto: sequar auctoritatem vestram, mutabo meam sententiam; leg. agr. II, 16. si L. Catilina ... subito .. sententiam mutaverit; Catil. II, 14. sapientem ... sententiam mutare numquam; Muren. 61. „mutare sententiam turpe est“; ib. 62. mutabunt sententiam qui poterunt; Flacc. 105.

noto: ut discoloribus signis iuratorum hominum sententiae notarentur; Verr. a. pr. 40.

paro: parata de circumscribendo adulescente sententia consularis; Phil. XIII, 19.

perscribo: principum sententiae perscribi solent; Verr. IV, 143.

perspicio: qui rem sententiamque non perspiciat; Verr. II, 148.

pertimesco: nos ... lectissimorum civium et amplissimorum sententias pertimescimus; Flacc. 97.

pono: sententia civitatis posita est in legibus; Cluent. 146.

postulo: quascumque (sententias) rei publicae status, inclinatio temporum, ratio concordiae postularet; Planc. 94.

praesto: cum (Cn. Pompeius) ... senatus sententiam praestaret; Piso 80.

probo: qui (sententiam) probarint; dom. 9. illae sententiae virorum clarissimorum minime probandae sunt; prov. cons. 36. f. arbitror.

propono: quem (virum) de ... proposita .. sententia nulla contumelia possit depellere; Ligar. 26.

refero: hic ... sententias vestras in codicillos ... referebat; Phil. VIII, 28.

reperio: ut ... vestrae sententiae optimo cuique infestissimae atque inimicissimae reperiantur; Flacc. 94.

reprehendo: num .. in hoc officio ... sententia mea reprehenditur? dom. 18.

repudio: intellego .. a vobis hanc sententiam repudiari; Phil. VI, 3.

rogo: cum esset sententiam rogatus; Verr. a. pr. 44. si ipse A. Cluentius sententiam de iudiciis rogaretur; Cluent. 136. hos ego video [consul] et de re publica sententiam rogo; Catil. I, 9. quem ... tertio loco sententiam rogaras; sen. 17. multis iam sententiis dictis rogatus cum senten-

tiam; dom. 16. tum princeps rogatus sententiam L. Cotta dixit id, quod ..; Sest. 73. quem in senatu sententiam rogabas tertium; Piso 11. qui (consulares) utinam omnes ante me sententiam rogarentur! Phil. V, 5. qui ordo in sententiis rogandis servari solet; ib. 35. qui te sententiam primum rogat; ib. X, 3.

scribo: f. adfero.

sequor: quas (sententias) senatus sine ulla varietate est secutus; Catil. III, 13. si eritis secuti sententiam C. Caesaris, .. minus erunt ... mihi populares impetus pertimescendi; sin illam alteram, nescio an ..; ib. IV, 9. sive hoc statueritis, ... sive Silani sententiam sequi malueritis; ib. 11. quam (sententiam) vos secuti mihi dignitatem meam reddidistis; sen. 31. P. Lentuli sententiam ... vos secuti, in eo me loco, in quo ... fueram, ... reposuistis; Quir. 17. quam (sententiam) senatus frequens ... secutus est; dom. 9. eodem .. consilio M. Bibuli ... senatus sententiam secutus est; ib. 69. cuius sententiam ita frequentissimus senatus secutus est, ut ..; Sest. 129. cuius sententiam senatus [omnis] de salute mea gravissimam et ornatissimam secutus est; Milo 39. quam ut hi fratres diversas sententias ... sequerentur; Ligar. 34. facile erit statuere quam sententiam ... sequamini; Phil. V, 6. plures eam sententiam secuti sunt, ut quantum senatus auctoritas ... apud Antonium (valitura) esset per legatos experiremur; ib. VI, 3. cum unus aliquis sententiam tuam secutus sit; ib. X, 3.

significo: cum tu ... verbo numquam significaris sententiam tuam tantis in naufragiis civitatis; Piso 9.

tollo: tollite hanc (sententiam)! Phil. XIV, 3. semel et saepius sententiam meam de numero sententiarum sustulerunt; ib. 22.

trado: cuius ego ne beneficiis quidem sententiam meam tradidissem; Piso 79.

vario: eum, qui ... matrem necavisset variatis hominum sententiis non solum divina, sed etiam sapientissimae deae sententia liberatum; Milo 8.

vinco: nisi sententiam sententia alia vicerit melior; Muren. 65. victa est ... te auctore nostra sententia; Phil. VIII, 1.

vitupero: f. laudo; Phil. VI, 16.

2. **Dativ:** adlino: nullae sordes videbantur his sententiis adlini posse; Verr. a. pr. 17.

adsentior: sum eius sententiae libenter adsensus; Phil. XI, 15.

faveo: animadverto ... quosdam huic favere sententiae; Phil. XIV, 3.

permitto: ut Sex. Roscii vita erepta de manibus sectorum sententiis iudicum permitteretur; Sex. Rosc. 149.

3. **Ablativ:** utor: qua (sententia) cum antea tum hodie vel maxime usus es; Marcell. 32.

4. **mit Präpositionen:** aberro a: animus aberrat a sententia; Phil. VII, 1.

confugio ad: si ad interdicti sententiam confugis; Caecin. 83.

decedo de: ipsum sapientem ... de sententia decedere aliquando; Muren. 63. qui (vir) de civitate decedere quam de sententia maluit; Balb. 11.

deduco de: hosce homines minime puto pertimescendos, quod .. deduci de sententia possunt; Catil. II, 18.

defigo in: ut ... omnem ... spem (temporum) reliquorum ... in vestris sententiis ... positam et defixam putetis; Flacc. 3.

deicio de: eum ... de sententia deiecistis; Phil. IX, 8.

demoveo de: ut ne quis te de vera et certa possit sententia demovere; Verr. a. pr. 52. qui (Q. Metellus) ... de civitate maluit quam de sententia demoveri; Sest. 101.

depello de: f. 1. propono; Ligar. 26.

deterreo a: quos ... a libidinosa sententia certum et definitum ius religionum ... deterret; dom. 4. aetas eius certe ab hac sententia neminem deterrebit; Phil. XIV, 28.

dico de: reliquum est ut de Q. Catuli ... sententia dicendum esse videatur; imp. Pomp. 59. nondum de mea sententia dico; dom. 4.

discrepo a: factum tuum a sententia legis doceo discrepare; Planc. 42.

disputo de: quorum ego de sententia non debeo disputare; Cluent. 106. dum .. de singulis sententiis breviter disputo; Phil. XIII, 22.

dissentio a: ut nulla in re a ceterorum sententiis Sulla dissenserit; Sulla 60.

ingredior in: quibus (dis) ego ducibus in hanc spem sententiamque sum ingressus; Catil. II, 29.

intersum inter: hoc interest .. inter meam sententiam et tuam; Phil. VIII, 15.

maneo in: ut ... maneas in sententia; imp. Pomp. 69. nisi te, C. Caesar, ... in ista sententia ... manente salvi esse non possumus; Marcell. 32. in sententia mansi; Phil. II, 89. manete in sententia; ib. XIV, 2.

moveo de: cum te neque principes civitatis rogando ... neque frequens senatus agendo de ... sententia movere potuit; Phil. II, 52.

pendeo in: in sententiis omnium civium famam nostram fortunamque pendere; Piso 98.

permaneo in: si (in sententia) permanebunt; Catil. II, 18. „in sententia permaneto!“ Muren. 65.

persevero in: ut vos in ista sententia ... perseveretis! Phil. IV, 11.

persto in: perstat in sententia Saturius; Qu. Rosc. 56.

pono in: belli nomen ponendum quidam in sententia non putabant; Phil. VIII, 2. f. defigo in.

redeo ad: nunc ante quam ad sententiam redeo, de me pauca dicam; Catil. IV, 20.

seiungo a: vide quam tibi defensionem patefecerim, ... quam seiunctam a voluntate ac sententia legis; Verr. III, 193.

sum in: qui erant in eadem sententia; imp. Pomp. 56. P. Saturius in eadem sententia fuit; Cluent. 107. si quod in sententia vitium est; dom. 9. quin, si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eadem sententia fuerit futurus, in qua fratres fuerunt; Ligar. 34. esto: sit in verbis tuis hic stupor: quanto in ... sententiis .. maior? Phil. II, 30.

traduco ad: traduxit me ad suam sententiam; Cluent. 144.

versor in: omnia sua iura ... in vestris sententiis versari arbitrantur; Verr. V, 172.

III. **nach Substantiven:** 1. **Genetiv:** alqs quod eos in iudicando nimium sui iuris sententiaeque cognosset; Verr. I, 18.

alqd: quidnam sententiae ferrent leves ac nummarii iudices; Cluent. 75.

